



**R. P. Sebastiani Izquierdo Alcarazensis Societ. Iesv Regii
Senatvs S. Inqvisitionis Hispaniarvm Qualificatoris, Et
Olim Complvti Sacræ Theologiæ Professoris. Opvs
Theologicvm, Iuxta atque ...**

Vbi De Essentia Et Attribvtis Divinis Vbertim Disseritvr ...

Izquierdo, Sebastián

Romae, 1670

Dispvtatio 44. De Reprobatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77011](#)

tem, sed tantum tollere impedimentum, quod per accidens fuit interpositum; atque ita posse Deum dare illa ut influxura in gloriam secundum rationem formalem influxus, & valoris, non praemata antecedenter eorum reuinientia, qua se habet ut conditio per accidens: quo eximitur a periculo amandi peccatum.

55 Non placent. Quia merita non influunt in gloriam, nisi ut coniuncta cum perseverantia finali; ad hanc autem peruenire non possunt ab instanti, in quo primo sunt, nisi vel per durationem continuatam temporis intermedij, vel per restorationem faciendam per poenitentiam, casu, quod per peccatum intercipiantur. Ergo haec tria subordinata sunt quoad influxum, seu conductentiam respectu glorie, merita, continuatione eorum, vel restauratio, & perseverantia finalis. Vel ergo procedimus in sententia admittente prædefinitiones efficaces, vel in negante. Si in prima. Ergo Deus nequit conferre eiusmodi merita ex intentione efficaci glorie, nisi eligendo antecedenter, aut simul vel eorum continuationem usque ad finem, vel eorum restorationem faciendam per poenitentiam. Sed non elegit prius in casu nostro. Ergo tenetar eligere secundum, & consequenter amare peccatum, quod non præuidetur futurum, ut supponimus. Si autem remis in secunda sententia. Ex simplici desiderio glorie non possunt a Deo conferri merita supradicta, nisi antecedenter ametur etiam simplici affectu perseverantia eorum finalis; deinceps vel eorum continuatio prævia, vel restauratio; eo quod merita non sunt utilia ad gloriam, nisi ut perseverantia finaliter: ad hanc autem peruenire non possunt, nisi vel media continuatione, vel media restoratione. Tum sic. Vel Deus ex simplici, & prævio amore restorationis decernit dicta merita; & sic tenetur amare peccatum; aut quia desiderat poenitentiam ante illud absolute præsum; aut quia merita decreta, nisi medio peccato, ad suam reuinientiam, quo ordinantur, nequeunt conducere. Vel Deus decernit dicta merita ex simplici desiderio continuationis eorum usque ad finem. Et sic talis prouidentia in nostro casu defectu talis continuationis interrupitur, seu cassatur, ut bene vedit Vazq. nec est specialis erga Prædestinationem sed communis Reprobo: eo quod Deus non amat, nec potest talia merita ut coniungenda in actu secundo cum gloria per medium illud continuationis usque ad finem, quod reipsa non est ponendum, sed tantum ut utilia in actu primo; quo etiam patet similia merita sæpe prouidet Reprobis. Ex quo patet, præcitos Doctores argumento Vazq. non satisficiunt; atque ita male in presenti ab eius sententia deuiaſſe, cum quo consentiunt in alijs ipsi coherentibus.

56 Apud nos vero, qui contra ipsum Vazq. putamus, ex intentione poenitentiae, etiam efficaci, posse Deum permittere peccatum, ut statuimus quæst. 3. nullam vim habet argumentum. Multo enim melius iuxta doctrinam ibi trajicata poterit Deus ex intentione reuinientiae meritorum impediendorum per peccatum illa primo conferre, etiam ut influxura in gloriam media ipsa reuinientia. Quo nihil deerit, ut illa ex speciali prouidentia erga Prædestinationem, & non interrupta conferatur.

57 Vnus est etiam iuxta oppositam sententiam modus, quo possint dona per peccatum superueniens mortificanda esse prædestinationis effectus

prout primò collata. Si nimis Deus, antequam decernat, illa conferre, decernat permissionem peccati, illudque præuideat absolute futurum pro tempore sequente. Tunc enim bene poterit pro tempore antecedente conferre dicta dona ex intentione reuinientiae eorum facienda per poenitentiam peccati futuri: quin ob id cogatur amare peccatum. Nam in omni sententia amor poenitentiae de peccato absolute præsumo non inferre voluntatis amorem ipsius peccati.

Secundò obiectit Vazq. Integra prædestinationis Adami meritis Christi Domini tribuenda est. Cui tamen attribui non possunt dona collata Adamo ante lapsum. Ergo hæc ut primò collata non sunt prædestinationis effectus. Respondeo, si dona status innocentia non sunt collata Adamo ex meritis Christi, ut putat ipse Vazq. cum multis, alterum è duobus esse dicendum: nempe, aut dona dicta status innocentia non fuisse effectus prædestinationis Adami, sed alterius prouidentie interruptæ; aut, si fuerint, integrum prædestinationem eius ex meritis Christi non fuisse. Quo casu testimonia Scriptura, quibus disput. 42. quæst. 6. probatum est, omnes prædestinationis effectus, sicut & omnia dona gratiarum, dari per Christum, de effectibus, & donis interpretanda erunt, stando in ea sententiâ, quæ dantur hominibus in natura lapsi, ad quam reparandam iuxta illam uincit Christus Dominus decretus est. Apud nos vero, qui in Tractatu de Incarnatione tenimus, dona etiam status innocentia fuisse collata Adamo ex meritis Christi, facile componit, illa ut primo collata fuisse effectus prædestinationis Adami, & nihilominus integrum eius prædestinationem sub merita Christi cedisse.

DISPUTATIO 44.

De Reprobatione.

Q Via multa ex iam dictis de Prudentia, atque Prædestinatione communia Reprobationi sunt, pauca de hac ad ipsam pertinentia restant dicenda. A quibus subinde breui me expediam in præsenti, ultimaque disputatione. Quo & citius toti huic Operi faciem imponam.

QVAESTIO I.

Quid, & quotuplex sit reprobatio.

Dari reprobationem, de fide est, ut disput. 37. quæst. 3. num. 29. statuimus. Quid autem nomine reprobationis veniat intelligendum ibi. dem num. 27. tradidimus. Vbi etiam norauimus, reprobationem dupliem esse, nimis politiuam, & negatiuam. Circa quam diuisionem, alioquin vulgarem, & receptam, non uno modo

Auctio-

Auctores loquuntur. Nam quidam reprobationem negatiuam appellant solam omissionem prædestinationis, vocantes positivam quodvis decretum positivum quavis ratione conducens ad damnationem Reproborum; qualia sunt decreta negandi gratiam, permitendi peccatum, excludendi à Regno, & puniendo pœna sensus. Alij idem, ac præcedentes, censentes de positiva reprobatione, negatiuam per decretum quasi reflexum non prædestinandi constituant. Alij decretum permitendi peccatum, & negandi gratiam reprobationi negatiuæ adjungunt: appellantes positivam reprobationem solum decretum puniendo Reprobum æternâ pœna damni, & sensus. Alij denique aliter insuper loqui solent. Tota hæc lis est de modo loquendi.

2 Suppono, circa quemuis Reproborum imprimis dari in Deo omissionem prædestinationis eius, quæ est omissione eorum omnium decretorum, quibus potuisset illum prædestinare iuxta diuersos modos possibles prædestinandi, de quibus egimus disput. 41. quæst. 4. & 2. Verum autem huiusmodi omissione possit esse pura, vel debeat quasi reflexe aliquo decreto imperari, alterius est questionis, de qua egimus disput. 31. quæst. 5. iuxta cuius resolutionem pura esse potest. Deinde reperitur in Deo decretum puniendo Reprobum pœna damni, quæ in priuatione gloriae consistit. Tale enim decretum negari non potest; (quidquid contra communem Theologorum consensus doceat Gaspar Hurt. disput. 5. de Prædestin. diff. 2. fine) : quia Deus sine decreto positivo nequit per gloriam priuationem peccatum Reprobi sive originale, sive etiam actuale punire, ut de facto puniri. Esto ad negandam illi gloriam preciè nullo opus esset positivo decreto. Præterea respectu Reprobi adulti decedentis cum mortali actuali darur in Deo decretum puniendo illum pœna æternâ sensus; necnon decretum positivum permissionis peccati. Nam hæc, præter carentiam gratiae efficacis, (ad quam non esset opus decreto positivo), in ludit collationem auxiliij sufficientis ad non peccandum, supposita porestate ad peccandum, prout diximus supra disput. 43. quæst. 3. num. 24. Denique eorum omnium entium positivorum, quæ proximè, vel remorè quavis ratione ad damnationem Reprobi conferunt, non potest non in Deo dari decretum positivum; quidquid sit de negationibus entium ad id ipsum aliquo modo conducebitur. His addo omnes actus scientia naturælibet, libera, & media, quibus Deus ducitur ad concipiendum decreta prædicta, & omissiones liberas decretorum, iuxta dicta supra disput. 37. quæst. 4.

3 Igitur, cùm hæc, quod ad rem attinet, certa sint, ut terminos expeditos habeamus pro sequentibus questionibus, reprobationem positivam vocabimus solum decretum, quo Deus damnat Reprobum in æternum tum pœna damni, tum etiam sensus, connotata scientia prævia ad tale decretum: sub negatiuâ autem, seu potius permisiua reprobatione non solum omissionem prædestinationis (quæ sola, loquendo proprie, est negatiua reprobatio) comprehendemus, sed etiam decreta omnia positiva, quibus Deus permittit peccata, ceteraque entia decernit, quæ cum effectu sunt conductura ad damnationem Reprobi, connotatis

scientijs directius eorum decretorum, è quibus potissima est scientia media de tali conductientia.

Etenim reprobatio, quemadmodum prædestination, & quævis alia prouidentia, directe in actibus voluntatis seu positiviis, seu negatiuis, oblique autem in actibus intellectus constituenda est, prout vniuersi liter statuimus disput. 37. quæst. 9. Nec villam intuluit actum imperij propriè dicti ad intellectum pertinentem, præter prædictas scientias, prout etiam de quibus prouidentia vniuersè ostendimus in eadem disput. 37. quæst. 6. In quo hic iterum non est morandum.

Q V A E S T I O II.

An Deus ex se ante absolutè prævisa Reproborum peccata eos ad pœnam æternam aut damni, aut sensus destinauerit; vel saltem deffinare potuerit.

Caluinus lib. I. Institut. cap. 18. & lib. 3. cap. 5. 21. & sequ. n. aliquæ heretici sectarij assuerant, Deum ex se ante omnem prævisionem peccati ad ostenderem suam iustitiam destinasse Reprobos ad pœnam æternam damni, & sensus: ex eoque sine eo impellere, & necessitare ad peccandum. Quem errorum tanquam plane impium, & blasphemum eruditè refutant Bellarm. lib. 2. de Ammissione gratiæ, & lib. de Gratia, & liber. arbitr. Beccant. tom. I. Opuscul. in principio. Tann. I. par. disput. 3. quæst. 7. Petav. tom. I. Theolog. Dogmat. lib. 9. & alij Doctores catholici. Qui uno ore confitentur, Deum de facto neminem ante peccata prævisæ abolutè, & efficaciter destinare ad æternos Inferni cruciatus, qui sunt pœna sensus. An vero destinat ad exclusionem, seu ad carentiam gloriae, quæ est pœna damni, non ita concors Theologorum sententia est.

Nam quidam putant, Deum eundem ordinem seruasse cum Reprobis, ac cum Electis; atque ita absolute, & efficaciter alijs quidem gloriam, alijs carentiam gloriae prædestinante utroruunque prævisa opera seu bona, seu mala. Ita lenit Durand. in I. distinc. 40. quæst. 2. Bann. I. p. quæst. 23. art. 3. Zumel ibid. disput. 4. Aluar. de Auxil. disput. 110. per totam. Carmelit. Salmant. I. par. tract. 5. disput. 8. Ioan. à S. Tho. disput. 10. & alij Thomistæ communiter. Quorum sententiam reliqui ferme Theologi reiiciunt vnamiter, censentes, Deum ante prævisa peccata neminem à suo Regno excludere, seu destinare ad pœnam damni. Ita Bellarm. lib. 2. de Ammissione gratiæ cap. 12. & lib. 2. de Grat. & liber. arbitr. cap. 16. Soar. lib. 2. de Auxiliis cap. 5. & lib. 5. de Prædestin. cap. 3. & 6. Vazq. I. par. disput. 9. cap. 4. 5. & 9. Less. disput. de Prædestin. sect. 6. assert. 6. Molin. I. par. quæst. 23. artic. 3. §. Advertendum. & artic. 5. disput. 1. memb. 13. & in Concord. artic. 5. disput. 3. Ruiz disput. 15. de Prædestin. sect. 3. & disput. 16. sect. 6. Arrub. disput. 88. Herice disput. 33. cap. 3. Alarc.

F F F F F tract.

tract. 4. disput. 5. cap. 10. Gasp. Hurt. disput.
5. de Prædest. diff. 3. Tam. disput. 3. q. 7. dub.
3. Quiros tom. 2. disput. 17. Carlet. disput. 45.
Veken. disput. 28. & apud eos alij plures. Quorū aliqui seueris notis inurunt sententiam oppo-
sitam, vt apud Soar. Herice. Tam. & Quiros
videri potest. Hoc de facto. De possibili autem
Molin. Vazq. Soar. Quiros. Carlet. & alij cen-
sent, repugnare Dao decretum absolutum pu-
niendi Reprobos conceptum ante præuisa eorum
peccata. Ruiz verò disput. 16. citata lect. 5.
num. 6. & lect. 6. num. 29. Arriag. 1. p. disput.
39. num. 8. & alij Recentiores censem. non esse
Deo impossibile tale decretum. Addunt contra
non nullos Arriaga ibid. num. 9. & latius 1. 2.
disput. 55. lect. 3. Quiros lect. 4. num. 16.
Sfortia Palauici. lib. 1. de Bono cap. 31. & Ve-
ken. disput. 28. citata cap. 2. nullatenus posse
Deum ad infernales cruciatus dammare innocentem;
tametsi possit illum aeterna sua gloria pri-
uare.

Propositio I.

7 Deus ante absolutè præuisa Repro-
borum peccata non habet decretum abso-
lutum excludendi eos à gloriā.

Probatur primò propositio ex sacris Letteris
sæpe afferentibus, Deum ex se non solum præ-
optare hominum salutem, vitamque aeternam;
sed etiam nolle, siue non velle eorum mortem,
& perditionem. Sap. 1. Deus mortem non fecit,
neq; lacratur in perditione vinorum. Ezech. 18.
Numquid voluntatis mea est mors impj, dicit Do-
minus? & cap. 3. Nolo mortem impj. Math. 18.
Non est voluntas ante Parrem vestrum, qui in Calis
est, ut pereat unus de pusillis istis. 2. Petr. 3.
Nolens, aliquos perire, sed omnes ad penitentiam
reverti: Osa 13. Perditio tua Israel, tantummodo
in me auxilium tuum. His enim, & similibus clari-
rè significatur, Deum ex se, & ante præuisa pec-
cata non habere voluntatem, vt Reprobi perean-
t morte secundā, qualis eit damnatio ad po-
nam aeternam, non solùm sensus, sed etiam dam-
ni.

8 Secundò probatur propositio ex Concilijs.
Valentinum enim 3. sub Lothario Imperatore.
can. 3. ait. Fidentes fatemur, prædestinationem Ele-
ctorum ad vitam, & prædestinationem Impiorum
ad mortem: in electione rumen saluandorum misericordiam Dei præcedere meritum bonum; in dam-
natione autem peritiorum meritum malum præcede-
re iustitium indicium Dei. Nulla ergo ex mente Concilij
voluntas Dei, nō solam exequitiam, sed ne inten-
tia quidem damnandi Reprobos præcedit eo-
rum mala merita: vi voluntas intentiu saluandi
Prædestinatos merita eorum bona præcedit.
Quo abijicitur interpretatio extorta, qua tentant
Aduerfarij exponere verba relata. Eamdem ve-
titatem indicat Araus. 2. can. 25. dicens. Ali-
quos verò ad malum diuinā potestate prædestinatos
esse, non solum non credimus, sed, etiam si sunt,
qui tantum malū credere velint, cum omni detestatio-
ne in illos anathema dicimus. Nec enim de solo malo
culpæ, sed etiam de malo poenæ Concilium lo-
quitur contra hereticos, vtrumque prædestinari
a Deo dicentes antecedentur ad viam arbitrij
creati. Consentit Trid. sess. 6. can. 17.

9 Tertiò probatur propositio ex Patribus. Et

primū ex illis, qui asserunt, voluntatem, qua
Deus vult punire peccata, esse consequentem.
Qua orum, & rationem sumit ex nostro vino.
Ita expressè Chylost. serm. 1. inepist. ad Ephes.
Damaſe in Dialogo contra Manich. verius finem,
& lib. 2. de Fide cap. 29. verius finem, & alij
apud Ruiz disput. 16. de Prædest. lect. 6. num.
14. Deinde ex illis, qui docent, Deum quasi
coactum, & inuitum trahi per peccata hominum,
ad eorum condemnationem, seu punitionem.
Quod non fieret, si ante præuisa peccata punitione
nem decerneret. Bernard. serm. 5. in Natali Do-
mini in medio ait. Nam quod iudicat, & condem-
nat nos, eum quodammodo cogimus. Nanz. in Ora-
ratione de plaga grandinis paulo post medium
ait. Ad illamenem (nempe iram) à nobis vi per-
trabitur, &c. Cum igitur non, nisi coactus, per-
ciat, &c. Chylost. homil. 67. in Ioan. ad illud
Videns Cinitatem, &c. Deus autem, inquit, non
modò nos non derelinquare, & punire vult; sed
quoties punit, inuitus punit. Quia de re plura Sal-
uiamus lib. 1. de Prouid. post medium, & lib.
4. inter principium, & medium, & ruris col-
vlt. Præterea eamdem veritatem expressius alij
Patres tradunt. Augustinus, seu quisquis et
auctor lib. 6. Hypognotic. cum dixisset, ali-
quos misericordia Dei ad aeternam vitam pre-
destinari, addit. Cateros autem pñam punit: quo
ideo punit; quia, quid effert faturi, præscivit: non
tamē ipse fecit puniendos, vel prædestinavit. Et
ibidem post medium. Teneada est inconclusa hanc
disputationis regula, qua diuinis testimonij claris:
peccatores in malis proprijs, antequam essent in
Mundo, præscitos esse tantum, non prædestinatos:
panam autem esse eis prædestinatum, secundum quod
præsciti sunt. In eadē sententiā estipile August. epis.
105. & 106. lib. 1. ad Simplic. q. 2. lib. 3. contra
Iulian. cap. 28. lib. de Grat. & liber. arbitr. cap.
21. lib. de Prædest. sanct. cap. 10. lib. de Dono
perleu. cap. 6. 8. 11. & 18. & alibi. Fulgent.
lib. 1. ad Monim. cap. 5. & seqq. multis con-
tendit, mortem utramque, temporalem videlicet,
& aeternam a Deo non esse prædestinatum,
nisi præuisa culpa. Et cap. 26. ait. Notum est, nam
Dei dici non posse, nisi ubi creditur hominis iniqui-
tas præcessisse. Consentit Prosper. Respons. 3. &
7. ad Gallos, & respns. 11. ad Vincentium,
& alibi. Beda lib. quæst. q. 13. post medium ait.
Prædestinavit Reprobis mortem aeternam, sed non
mortis aeterna causam. Non est enim in Dei dis-
positione quomodo peccator peccet; sed tamen, cum
sciat, eum peccatarum, mortem ei præordinavit et
verus index. Denique S. Th. quæst. 6. de Veritat.
art. 1. ad vlt. ait. Reprobatio etiam dicitur præpa-
ratio quantum ad panam; quam etiam Deus vult vo-
luntae consequente, sed non antecedente.

Quarto probatur propositio ratione ex pre-
dictis oriunda. Quia nimur prævia, & ante-
cedens voluntas damnandi Reprobos minus com-
mendat clementiam, boni pñitatem, benevolen-
tiāque Dei erga homines, quam sacra Scriptura,
& Patres prædicant. Quod fatis est ad eam
negandam defacto: estò possibilis sit. De quo
potmodum.

Itaque Deus ante præuisa absolutè peccata
hominum morte consumanda neminem excludit
a gloriā decreto antecedente. Imo nec desiderio
simplici, aut conditionato. Id enim probam ple-
raque argumenta, qua adduximus. Quid au-
tem Deus statim, ac præuider hominem lapsum
eum dammare non decernat aeternā pñam aut
dam-

damni, aut sensus quoque illum in suo peccato praevidet decessurum, inde specialiter confirmatur. Quia, quandiu homo in hac vita mortali degit, Deus a desiderio antecedenti salutis, & conversionis eius non desistit, ut passim Scriptura testantur; neque a cura prouidendi ei auxilia, quibus possit si velit surgere a peccato, & salutari. De quo plura videri possunt apud Ruiz tom. de Volut. disput. 19. 20. & 21. & rursus tom. de Prædætitiat. disput. 17. sect. 4. & 5. Ex his colligitur, nec parvulos decadentes cum originali, nec adultos decadentes cum actuali ad peccatum damni, vel sensus damnari a Deo, donec absolute prævidentur ab ipso in eo statu vita funetur.

12 Sed obiciunt Aduersarij primò illud. Apostoli ad Rom. 9. Non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei; quia maior seruier minori; sicut scriptum est. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Vbi videtur docere Paulus, reprobationem Elau æquæ, ac electionem Iacob ante eorum prædicta apera factas esse. Id quod sub eorum typo de reprobatione, ac electione cæterorum hominum significare intendit. Ergo reprobatio positiva excludens a gloria Reprobos ante absoluere prævisa peccata eorum fit. Nego consequentiam. Quia Paulus vel loquitur de reprobatione negatiuâ, quam tantum per odium Dei significat iuxta sententiam S. Th. 1. p. quæst. 23. art. 3. ad 1. dicentis, In quantum igitur quibusdam non vult hoc bonum, quod est vita eterna, dicitur eos habere odio, vel reprobare. Vel certe si, loquitur de positiva, eam non æquiparat electioni factæ indepenter ab operibus, vt benè, & latè exponit Vazq. disput. 95, citata cap. 8. Quomodo autem S. Th. nullibi sit pro Aduersariis, vt ipsi autem, apud Herice videri potest supra cap. 5. & 6. Vbi cumque enim Doctor Angelicus reprobationem ante omne demeritum ponit, de reprobatione negatiuâ, de qua loquitur in relatis verbis, intelligendus est. Imo vero cætera argumenta, quæ opponuntur, in reprobatione negatiuâ facile infungi possunt. Vnde illa proponere opus non est. Videantur Herice cap. 6. & 7. & Vazq. cap. 9.

13 Sed dicet aliquis. Reprobatio negatiua æquivalens voluntari excludendi Reprobum a gloria; quandoquidem tam infallibile est, non prædestinatum damnandum esse, quam reprobatum posuisse damnandum esse. Ergo non est, cur priori reprobatione admittâ ante demerita prævisa, non admittatur & posterior. Respondeo, quod ad rem attinet, reprobationem negatiuam, & positivam non esse æquivalentes; (quidquid sit de æquivalentiâ eorum quoad connexionem cum parentia gloria). Quia velle positiuè ante prævisa demerita, vt aliquis non obtineat gloriam, plus abeat a clementia, quam de Deo prædicant Scripturæ, & Patres, quam omittere, & non conferre alicui ante prævisa eius demerita media efficacia ad gloriam, collatis interim sufficien- tibus, quibus possit ille, si velit, consequi gloriam ipsam.

14 Denique obici potest id, quod ait Paulus ad Rom. 9. Dicit enim Scriptura Pharaoni: quia in hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam; ministrum puniendum. Et paulò post. Quod si Deus volens ostendere iram, & notam sacre potentiam suam, sustinuit in multâ patientia vestra ire apia in interitum, &c. Quibus clare significari videtur, Deum ex intentione puniendo

peccata permittere, & sustinere illa. Ergo ante prævisa peccata ipsa habet voluntatem ea puniendi poena temporali, & æterna. Omissis solutionibus, quas adferunt Herice cap. 7. & Huttad. iupra. Reipondeo ex Ruiz disput. 16. de Prædæt. sect. 6. num. 2. prædictis in locis tantum significari, Deum post præsumum vnum peccatum ex mortuo puniri illud, in eaque punitione suam potentiam, & iram ostendendi permittere noua peccata, & perseveranciam in priori. Ex quo non sequitur, habere Deum aliquam voluntatem puniendum antecedentem ad præsumum absolutam peccati, quod puniendum est. Vnde non placet, quod ibide docet Ruiz, Deum permittere peccatum subsequens in poenam præcedentis ex efficaci intentione puniendi omnia simul æternâ poena. Sic enim ante præsumum absolutum aliquod peccatum præcederet intentione Dei efficax puniendi illud in æternum, non solum poena damni, sed etiam sensus. Quod cum doctrina hactenus traditâ, in qua Ruiz ipse consentit, cohædere non potest.

Propositio 2.

Necunde videtur esse Deo impossibile decretum puniendi Reprobum, non solum poena damni, sed etiam sensus antecedens præsumptionem absolutam peccati.

Probatur. Quia tale decretum simile præsum est decreto prædefinitionis gloriae vt corona; de quo egimus disput. 41. q. 1. totidemque modis, ac illud, constitui potest. Vnde, sicut illud bene coheret cum libertate hominis ad merendum, & ad amittendam gloriam, & cum meritorum remuneratione, ita hoc bene potest componi cum libertate hominis ad peccandum, & ad vitandam penam, & cum delictorum punitione, vt ex doctrina latè ibi traditâ, quæ huc omnino est transferenda, compertum est. Nec per huiusmodi decretum cogeretur Deus amare aliquo modo peccatum; tametsi obiectum eius sine peccato esse non possit; sat enim esset, illud permittere; ad idque solum ex tali decreto teneatur voluntas Dei. Quemadmodum ex prædefinitione penitentia, alteriusve virtutis cum peccato connexa non cogitur Deus ad amandum peccatum, sed tantum ad illud permittendum, vt vidimus disput. 43. quæst. 3. cuius etiam doctrina ad rem prætentem est applicanda. Nam vero supradictum decretum nulli attributo diuino aduersatur; cum habeat pro obiecto honestissimum actum iustitia punitive Dei. Ergo ex nullo capite videtur Deo repugnare.

Dices. August. lib. 3. contra Julianum cap. 16. 18. ait. Non potest Deus quemquam sine malis meritis damnare, quia iustus est. Et lib. 4. contra eundem cap. 8. Certum, & immobile teneamus, non esse iniuriam apud Deum, qua quemquam sine malis meritis damnet. Et epist. 106. inquit. Quemquam vero immunitum, & nulli obnoxium peccato si Deus damnare creditur, alienus ab iniuriae non creditur. Similique habet alij in locis: pariterque alij Patres. Ergo decretum damnandi homines ante eorum prævisa peccata esset in Deo iniustum; atque adeo non est possibile. Nego consequentiam cum Ruiz disput. 16. citata

F F F F 2. sect.

ect. 6^o num. 30. Quia August. & alij Patres dumtaxat significant, inustum esse punire eum, qui nullius peccati reus esset: non tamen dicunt, inustum esse decretum puniendo peccata, etiam si ante ea præuisa concipiatur à Deo. Addit Herico disputat. 33. num. 22. Augustinum tantum loqui de damnatione facienda iuxta regulas à diuina prudenter prescriptas. Ceteroquin Deum sine illa iniquitate posse hominem innocentem iure dominij detinendere in æterna supplicia addicereque æternis cruciati bus, quod repetit num. 25. Idemque docent docti Recentiores de homine quantilibet sanctitate polente: quia Deus ut hominum supremus dominus absque illa crudelis, aut inusti nota potest qualibet creatura vti ad eius destructionem. Sed minime placent. Quia, licet Deus titulo supremi sui dominij quamlibet creaturam posset destruere, sive non conseruare: ast illam citra omnem culpam æternis cruciati bus mancipare, sub Dei potestate non cadit, utpote rationi dissidium, & iniquum iuxta dicenda proposit. 3.

¹⁷ Deinde obijicit Molina. Ibi quis censetur Princeps humanus, qui eo fine peccata permitteret, vt haberet, quod puniret. Ergo prædefinitione punitio determinans ad permittenda peccata eo fine, vt punitur, iusta non est adhuc in Deo. Dato antecedente; nego consequentiam. Quia Princeps humanus tenetur, quantum posuit, peccata subditorum impedire; cum eo dirigatur eius potestas, vt bono subditoru m prospiciat. Vnde ex solo fine punitio nis, proprie que gloria ex illa capienda non potest peccata permittere. Ast Deus, qui ad solam gloriam suam potest suum regnum ordinare, vt non tenetur, impide peccata hominum, ita illa ex fine ostendendi suam iustitiam punitiuam permettere potest; atque ita ante ipsa peccata præuisa eorum punitio nis prædicnire per poenam domini, & sensu faciendam.

¹⁸ Rogas, an sit etiam Deo possibile decretum præscindens à demeritis, quo decernat priuare hominem gloria æternā, & cum æterno supplicio sensus cruciare, simile prædefinitioni gloriae præscindenti à meritis, cuius possibiliteratem adstruximus disput. 41. quæst. 1. Respondeo, decretum priuandi hominem gloria præscindens à demeritis non esse impossibile: quia, cum priuatio gloria sit malum, tantum priuatum, & boni homini non debiti, non est, vnde Deus teneatur ad illum non negandum, etiam non habenti peccata, nedum cum præcisione ab illis. Decretum, verò cruciandi hominem in æternum præscindens à demeritis alienum videtur à clementia, sive pietate Dei, atque adeo impossibile. Quia, vt esset crudele, sive leuum decretum cruciandi innocentem in æternum iuxta dicenda proposit. 3. Ita suam crudelitatem, sive seuitiam præferset decretum cruciandi hominem in æternum, cum præcisione à demeritis, utpote cuius vi necessariò patetur homo tales cruciatus, et si innocens esset.

Decretum infilgendi homini in- 19
nocenti, sive immerenti cruciatus æternos Inferni omnino impossibile Deo est.

Probat propositionem istam primò verba illa Sapient. 12. Cum ergo sis iustus, iustus omnia disponis: ipsum quoque, qui non debet puniri, condemnare, ex teum astimas à tua virtute. Virtus enim tua iustitia initium est. Quibus clare significatur, alienum à iustitia esse, atque adeo exterrum, sive alienum à virtute, sive potentia Dei, condemnare eum ad poenam, qui ex defectu culpa puniri non debet. Secundò probat illa verba Augustini relata num. 14. Quæ latissimam clara ad rem sunt. Tertiò probat aperata ratio. Quia, si in nobis est vicium crudelitatis contra clementiam, punire quemquam ultra meritum culpa; multoq[ue] maius, seu peius est vicium seuitia, seu feritatis bestiarum, proprium contra donum pietatis, cruciare quemquam citra omnem culpam, vt tenent omnes Théologi cum S. Thom. 2. 20. quæst. 159. artic. 1. & 2. Quantò magis forent illa, si dari posint, virtutia in Deo, cuius clemencia, cuius pietas infinites infinite nostram excedit. Repugnat igitur eo titulo, vt dentur in Deo. Qui vel minima umbra vitii, sive peccati incapax est.

Dices. Deus est supremus, & absolutus 19
Dominus creatura, etiam innocentis. Ergo potest de illa disponere, prout sibi libuerit. Ergo circa omnem eius iniuriam, atque adeo absque omni iniustitia potest illam in æternum cruciare. Respondeo. Titulo supremi, & absoluti dominii, quod Deus habet de creatura innocentie, per locū intrinsecum fore, vt si illam in æternum cruciaret, nec ipsi inferret iniuriam stricam, nec peccaret contra iustitiam: quia tamen peccarer contra clementiam, sive pietatem; idcirco id ipsi absolute est omnino impossibile; utpote cui omnino repugnat peccare contra vilam vitutem. Itaque Dominu rei non eo ipso licitus est quilibet vius eius: cum multi vius eius alijs virtutibus, præterquam iustitiae, opponi possint. Sic enim illicite contra temperantiam inebriat se homo suo vino: illicite contra liberalitatem prodigit suas opes: illicite contra clementiam, aut pietatem facit in suum mancipium; aut in quodvis suum animal brutum: pariterque in similibus.

Dices rufus. Deus potest anihilare innocentem. Ergo & excruciare. Concesso antecedente; nego consequentiam. Quia anihilatio malum quoddam est negativum, consistens in cessatione à beneficio gratis collato. Quod, sicut Deus pro suo libero beneplacito potuisse non dare, ita auferre, seu non continuare potest. At excruciatio, de qua tractamus, malum est positivum, cuius inflictio non potest non clementia, pietate, Dei aduersari, vt constat ex dictis. Vnde patet, Deum, sua promissione seclusa, benè posse innocentem excludere à sua æternā beatitudines quia hoc aliud non esset quam ei negare bonum non debitum.

Cum dictis autem bene cohæret, posse Deum, saepè defacto solere aliqua letiora mala,

mala etiam positiva, huius vita suis innocentibus, atque dilectis prouidere propter eorum profectum spiritualem, ut infirmitates, dolores, crumas, perseguitiones, &c. Quia hoc longissime absit a crudelitate, & sauitia, eo ipso, quod talia mala longissime præstantiora bona referunt secum.

qui moriuntur cum peccato personali mortali, uno, vel pluribus,

Dico secundò. Aliorum effectuum reprobationis negatiæ, atque adeò & aliquorum actuum Dei, ex quibus ea coalescit, causa moralis meritoria dari solet ex parte Reprobi, aliquid scilicet, aut aliqua peccata personalia eius. Quia saepe decernit Deus permissionem unius peccati, atque etiam perseverantia in illo finalis in penam alterius, iuxta id, quod dicebamus supra disput. 40. quæst. 4. num. 63. Huiusmodi autem permissiones effectus sunt reprobationis negatiæ: actusque Dei tendentes in illas ipsius reprobationis partes iuxta dicta quæst.

Dico tertio. Ceterorum omnium effectuum reprobationis negatiæ, actuunque Dei 30 ipsi correspondentium peccatum originale est causa mortans, seu meritoria tum prout originale, seu prout repertum in Adamo, tum prout originatum, seu prout contractum ab illius posteris, de quorum reprobatione est sermo. Dico autem ceterorum omnium effectuum: quia & ipsius peccati originalis permisio dicenda est effectus reprobationis negatiæ prout videbimus quæst. 4. cuius tamen peccatum ipsum originale causa non est. Stat imprimis pro assertione ita Augustinus multis in locis, ubi docet, ex eadem massa damnabili propter dictum originale peccatum in eius penam relinquere Deum. Reprobos isto iudicio sine gratia efficaci ad salutem, adeò que sine gloria; solaque sua misericordia Prædestinatos tali gratia, & gloria donare; cum & hos pariter æquo iure posset relinquere. Ita habet epistola 105. col. 2. & epist. 106. prope medium, & epist. 107. inter medium, & finem, & epist. 107. inter principium, & medium & lib. 15. de Civit. cap. 2. & lib. 21. cap. 12. & lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. post medium, & lib. 2. contra duas epist. Pelag. cap. 7. & in Enchir. cap. 95. 98. & 99. & lib. de Prædest. & grat. cap. 3. 6. & 16. & lib. de Prædest. Sanct. cap. 9. & 14. & de Dono persev. cap. 8. & 14. & alibi.

Deinde stant pro eadem doctrina discipuli Augustini. Propter in lib. Sentent. ex August. tent. 307. & ad Excerpta Genuens. resp. 6. & 8. & lib. de Liber. arbitr. post medium, & lib. 10. de Vocab. gent. cap. 17. saepe alibi tum ad Capita Gallor. tum ad Obiect. Vincent. Fulgent. lib. 1. ad Monim. cap. 7. 26. & 28. & de Incarn. & grat. cap. 21. Beda in Collectan. ad Roman. 9. ad illud. *Quod si Deus volens*. Anselm. ibid. ad illud. *Iacob dixi*, &c. & ad illud. *Miserebor*, *cuius misereor*, &c. Et S. Thom. ad eundem locum lect. 3. & 4. & quæst. 6. de Verit. art. 2. ad 9. & 2. 2. quæst. 2. artic. 5. ad 1.

Ratio autem dicta doctrina est. Quia propter peccatum originale digni sunt homines, qui priuentur quibusvis bonis, alias ipsis non debitis: defactoque priuantur propter illud iniustia originali, & alii bonis ei annexis, ut est certissimum. Ergo credendum est, defacto insuper priuari Reprobos propter peccatum originale, eis omnibus bonis, quæ si haberent, euaderent prædestinati. Maxime, cum per hoc erga Reprobos iustitia diuina elucelcat; & erga Prædestinatos diuina misericordia resplendat magis.

Sed est difficultas, an hæc doctrina omnibus 33 Reprobis conueniat, an ad eos sit contrahenda, quibus peccatum originale dimissum non sit.

Hoc

QVÆSTIO III.

Quas causas habeat reprobatio.

23 Sermo erit in hac quæstione de causis tum positivæ reprobationis, tum negatiæ. Circa quas, suppositis harum reprobationum acceptiōibus statutis quæst. 1. vix potest dissidium, aut controvèrsia magnitudinem remanere. Ob id præmissa diuisione causa in physicam, & moralē, quam fecimus disput. 42. quæst. 2. num. 47. per aliquot suppositiones, & assertiones breui me expedio, ut sequitur.

24 Suppono primum tanquam certum, utramque reprobationem quoad actus internos Dei nullam habere causam physicam, qua verè, & formaliter talis sit: tamen si ab intellectu, & voluntate diuina causentur virtualiter, prout dictum in similis ibid. num. 48.

25 Suppono secundò etiam ut certum, utriusque reprobationis quoad effectus externos Deum physicam causam esse tum efficientem, tum finalē: focus materialem, aut formalem; prout dictum etiam ibi in simili num. 49.

26 Suppono tertium ut certum pariter, Reprobum tere omnium sua reprobationis prætermittit negatiæ effectuum causam physicam esse tum efficientem, tum materialem iuxta dicta in simili ibid. num. 50. Vnici autem effectus reprobationis positivæ, qui est pena vel solius damni, vel etiam sensus, Deus est causa principalis physica in genere efficientis, ut constat.

27 Suppono denique etiam ut certum, in eo prædestinationem à reprobatione differre: quod prædestination non solum intendit directè gloriam Prædestinati ut finem, sed ceteros suos effectus ut media utilia ad tales finem formaliter, quæ talia sunt, eligit, atque adeò ordinat ad finem ipsum: at reprobatio, licet, qua parte positiva est, directè intendat penam Reprobi ut finem immediatè exequendum; ceteros tamen effectus reipsa ad tales finem conductentes, ad sequitæ spestantes, qua parte negatiæ est, nec eligit, nec vult formaliter prout media utilia ad tales finem, sed ad eorum existentiam ex mortuis alijs concurrexit. Quo fit, ut reprobatio, qua parte negatiæ est, permisit postulat, quām positiva prouidentia Dei sit. Hæc de attinentibus ad causas reprobationis physicæ. Venio ad morales, seu meritorias. Et.

28 Dico primò. Reprobationis positivæ vnicè sunt causa moralis, seu meritoria peccata Reprobi morte consummata. Quia, ut ex dictis in præsentibus constat, propter peccata eiusmodi tantum condemnat Deus Reprobos ad aeternam penam, solius quidem damni, consistentem in priuatione gloriae, eos, qui cum solo peccato originali moriuntur: damni autem simul, & sensus eos,

Hoc secundum tenent aliqui, quibus consentit Herice disput.^{33.} Primum tamen tenent Soar. lib. 5. cap. 5. num. 10. Ruiz disput. 14. de Prædest. sect. 6. & seqq. Viderurque probabilius propter autoritatem August. & aliorum Patrum, qui vniuersaliter pronunciant locis citatis, Reprobos omnes propter peccatum originale relinqui a Deo, negante videlicet illis ea dona gratuitia, per quæ, si darentur, & illi, sicut & alijs, euaderent prædestinati. Quanquam enim in ijs, quibus peccatum originale remissum est, nihil propter illud damnationis remaneat, dicente Apostolo ad Rom. 8. *Nihil ergo damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu.* Et Trident. less. 5.. decreto de peccato orig. *Nihil est damnacionis ijs, qui vere consepulti sunt cum Christo per Baptisma.* Quippe Deus nullum peccatum remissum punire poenam aliqua aeterna damni, vel sensus; imo nec priuatione gratia sufficientis, ac necessaria ad obtinendam iustificationem, & gloriam. Nihil tamen vetat, punire Deum peccatum remissum alio genere pena vel temporalis, vel negatiæ. Scimus enim ex materia de Pœnitentiâ, sape remanere penam aliquam temporalem luendam propter peccatum iam remissum quoad culpam. Est etiam certum, remiso peccato originali per Baptismum, non remitti poenam mortis, neque alias penalitates huius vita, quas propter illud patiuntur homines. Potuit igitur Deus ita propter peccatum originale negare Reprobus ea veteriora gratia dona, cum quibus prædestinati forent, vt etiam post remissionem eius quoad culpam talis pena maneat luenda. Ita ergo fecilius defacto censendus est propter dicta.

Dico quartò. Integra reprobationis negatiæ prout complectentis omnes actus Dei, & omnes effectus ad illam spectantes iuxta dicta quest. 1. nulla datur ex parte Reprobi causa moralis meritoria. Est certum. Quia talis causa aliquid Reprobi peccatum ad eius damnationem conducens deberet esse, cuius permisso ipsius reprobationis negatiæ non esset effectus. Si quidem tale peccatum suimet permissionis causa moralis meritoria esse non potest, vt est notissimum. Sed tale peccatum non datur: quia permissionis cuiusvis peccati conducentis ad damnationem Reprobi eo ipso conductit ad damnationem ipsam, arque adeò nequit non esse effectus reprobationis negatiæ ipsius Reprobi. Ergo. Confirmatur, & declaratur. Quia permissione primi peccati Reprobi, (sive illud sit originale, vt nos putamus, sive aliud), a qua incipit illius reprobatio negativa sub merito alterius peccati prioris cadere nequit; cum nequeat dari peccatum, quod sit prius primo. Ergo permissionis saltem primi peccati a qua incipit reprobatio negativa causa moralis meritoria dati non potest ex parte Reprobi; & consequenter nec integra ipsius reprobationis, vii fere nostra assertio.

Dico quinto. Nalla est assignabilis causa, sive ratio, præter diuinum benefacitum, cur isti potius, quam alij in particulari sint reprobati a Deo reprobatione negatiæ; vel quia talis ratio re ipsa non datur; vel quia, licet sape re ipsa derur, vt est probabilius, occulta omnino nobis est. Doctrina huius assertoris in eamdem recidit cum illa, quam tradidimus disput. 42. quest. 9. preposit. 2. Quocirca, quæ pro illa propositione adduximus ibi, & huic assertioni sunt hic applicanda a Lectore, ne nos actum agamus.

QVÆSTIO IV.

Quos effectus habeat reprobatio.

SVppositis acceptioribus reprobationis cum positivæ, tum negatiæ, quas statuimus quest. 1. facile erit hanc questionem resoluere. Quare & breuiter ab ea, quemadmodum à precedente, me expediam.

Suppono ergo primò, reprobationis positiva vnicum esse effectum ipsam Reprobi punitionem per poenam aeternam, vel damni simul, & sensus, vt in ijs, qui decadunt cum peccato personali mortali; vel solius damni, vt in illis, qui cum solo originali moriuntur: quoniam & eadem punitiæ est vnicum talis reprobationis obiectum, iuxta acceptiōnem huius, in qua procedimus, De qua nullum est dubium.

Suppono secundò, inter effectus reprobationis negatiæ, & prædestinationis hoc esse delictum potissimum, quod effectus prædestinationis, vt talis sit, ex fine glorificationis Prædestinati debet procedere iuxta dicta disput.^{43.} quest. 1. secus effectus reprobationis negatiæ ex fine punitionis Reprobi. Quidquid enim ad Reprobi damnationem, atque adeò punitionem defacto conductit, effectus reprobationis eius descendus est, ex quoque demum fine, sive motiu causetur a Deo. Quia talis reprobatio, iuxta acceptiōnem eius statutam quest. 1. aliud non est ab ea prouidentia permisiva, qua Deus prouider, sive causat ex quibusvis motiis cuncta illa, quæ prævidet de facto, sive cum effectu influxura in damnationem, punitionemque Reprobi ex hypothesi, quod ab ipso causetur. Vnde effectus huiusmodi reprobationis eo ipso sunt effectus Dei; cum sint effectus alicuius prouidentia diuina. Ex quo inter prædestinationem, & reprobationem aliud prouenit differeniam valde notabile, quod prædestination pro effectibus habet opera bona, sive merita Prædestinati; reprobatio verò nullatenus habet pro effectibus opera mala, sive peccata Reprobi, vt cum Magist. in 1. dist. 40. & S. Thom. 1. pars quest. 23. art. 3. docent omnes Theologi, teste Soar. lib. 5. de Prædest. cap. 7. Quia nimis Deus meritorum Prædestinati causa est præcipua: peccatorum autem Reprobi nullatenus causa esse potest.

His positis, censeo dicendum primò, permissionem peccati originalis in Reprobus reprobationis negatiæ eorum effectum esse. Quia eo ipso, quod peccatum originale Reproborum exteriorum omnium effectuum, & actuum reprobationis negatiæ eorum causa moralis est, prout quest. 3. num. 30. statuimus, non potest non permissione tollis peccati ad ipsorum damnationem, atque punitionem aeternam defacto conducere. Quod latet est, vt dicta reprobationis negatiæ sit illa effectus iuxta doctrinam suppositam num. præced. vt constat.

Dico secundò, omnes permissiones peccato-³⁹ rum personalium Reprobi, que in damnationem eius influunt defacto proxime, vel remore effectus sunt reprobationis negatiæ eius, ex quoque demum fine, sive motiu procedant a Deo,

Deo ; dummodò procedant ex præscientia conditionata de influxu præstendo ab ipsis de facto in damnationem Reprobi ex hypothesi , quod ponantur . Quia ut talis reprobationis effectus dicuntur , conditions istæ sunt necessaria , & sufficietes iuxta dicta num.38. Vnde sequitur primò , positiones auxiliorum sufficientium , & negationes efficacium ad non peccandum vna cum potestate ad peccandum , ex quibus coalescent singula talium permissionum iuxta dicta disput.43. quæst. 3. num. 21. effectus dictæ reprobationis negatiæ esse . Secundò sequitur , siquæ alia permissiones ad peccandum dentur in Reprobo , quæ in eius damnationem non influant defacto , vt est posnibile ; has reprobationis eius negatiæ effectus non esse : quia deit illic conditio requisita , vt tales sint , prout constat ex dictis .

41 Dico tertio . Quæcunque seu positiva , seu negatiua defacto influunt , sive conductunt quoquo modo in damnationem Reprobi , à Deoque sunt causata ex quoouis motivo , pos-
tæque vel in Reprobo ipso , vel alibi , ex præscientia tamen conditionata de eorum influxu futuro in illius damnationem , cuncta hac ipsius Reprobi negatiæ reprobationis effectus sunt . Quia cuncta hæc omnes conditions requiras ad id muneris habent iuxta doctrinam suppositam , staturamque num.38.

42 Supererat hic examinadum . Primo , quanta sit certitudo tum formalis tum obiectiva reprobationis . Secundò ; qua ratione reprobatio cum Reprobi libertate cohæreat , & an in potestate huius positum sit , prædestinari , vel reprobari . Verum quia dispu. 41. quæst. 4. & 5. has difficultates versamus circa prædestinationem , easdem modi circa reprobationem non iterum versandas censemus : quia , quæ ibi de prædestinatione sunt dicta , facile possunt à Lectore , sua proportione seruata , hic applicari reprobationi . Eo præsenti inter utramque obliterato discrimine . Quod in prædestinatione , præter decretum exequitium gloriae , aliquod aliud Dei decretum includitur iuxta omnem sententiam connexum intrinsecè cum glorificatione Prædestinati . In reprobatione vero præter decretum exequitium pœnae , (in quo stat reprobatio positiva) , nullum aliud debet includi (pertinens ad negatiuum) connexum intrinsecè cum punitione Reprobi . Vnde sit , vt prædestinatione ante decretum exequitium gloriae duplice titulo sit metaphysice connexa cum glorificatione Prædestinati . Primo ratione aliquius decreti in se inclusi cum tali glorificatione connexi per se . Secundò ratione coniuncti (in quo consistit) ex præscientia conditionata de influxu mediorum , sive factum in ipsam glorificationem ex hypothesi , quod ponantur , & ex purificatione conditionis facta per eorum positionem , sive per absoluta , & efficacia decretæ de positione ipsa . At reprobatio negatiua ante decretum exequitium pœnae (in quo stat positiva) secundo tantum ex dictis duobus titulis est metaphysice connexa cum punitione Reprobi . Quæ omnia ex dictis hucusque tatis sunt nota .

QVAESTIO V.

Quænam de libro vita , de numeroque Prædestinato-
rum , ac Reproborum
restent quæ-
renda .

Dico restare , quæ sequuntur . Primo enim queritur . Quid sit liber vita . Responderetque S. Thom. I. par. quæst. 24. artic. I. in corpore . Quid liber vita in Deo dicitur metaphorice secundum similitudinem à rebus humanae accepta . Est enim consuetum apud homines , quod illi , qui ad aliquid eligantur , conscribantur in libro , utpote milites , vel confliktarij , qui olim duebantur Pares conscripti . Pater autem ex præmissis , quod omnes Prædestinati eligantur à Deo ad habendam vitam aeternam . Ipsa ergo Prædestinorum conscriptio dicitur liber vita . Dicitur autem metaphorice aliquid conscriptum in intellectu aliquius , quod firmiter in memoria tenet . Vnde ipsa Dei notitia quæ sumiter reinet , se aliquos prædestinasse ad vitam aeternam , dicitur liber vita . Itaque liber vita appellatur ea scientia speculativa , qua Deus quasi reflexè suam prædestinationem , omnesque suos Prædestinatos quatenus tales intueretur . Id quod etiam sentiunt August. lib. 20. de Ciuitat. cap. 15. & alij Patres apud Ruiz dispu. 60. de Prædest. sect. 2. atque Theologici communiter . Vnde liber vita à Prædestinatione differt , vt quidam actus scientiae Dei à quadam parte sui obiecti . Porro , licet eiulmodi scientia Dei primariò , & simpliciter dicitur liber vita , scilicet gloriae ; scientia etiam , qua Deus videt iustos pro tempore , quo iusti sunt , secundariò , & secundum quid dici solet liber vita , scilicet gratia , vt cum S. Thom. dicta quæst. 24. art. 2. docent alij communiter .

Secundò queritur . An sicut prædestinationi correspontet liber vita , ita reprobationi corresponteat liber mortis . Negat S. Thom. artic. I. citato ad 3. Quia non est consuetum conscribi eos , qui repudiatur , sed eos , qui eligantur . Contentiunt alij communiter . Aliisque adduntur congruentie . Primæ : quia libri scribi solent ad perpetuam rei memoriam . Quia iustis debetur , iuxta illud Piat. III. In memoria aeterna erit iustus . Secundum inquis , iuxta illud Oœc. I. Oblitione obliuiscar eorum : Secunda : quia superflus videtur liber mortis : cum indirectè constet ex libro vita , quinam sint reprobati , iuxta illud Apocal. 20. Qui non est inueniens in libro vita scriptus , missus est in flammam ignis . Tertia : quia Deus Reprobos dicitur nescire , scientia videlicet approbationis , iuxta illud Math. 25. & Luca 13. Nescio vos . Itaque ; cum sit certissimum , tam clare , & distincte intueri Deum omnes Reprobos , atque Prædestinatos prout tales ; scientia priorum nihilominus non solet dici liber mortis : sicut scientia posteriorum dicitur liber vita propter rationes indicatas .

Ter-

45 Tertiò queritur. Vtrum aliquis deleatur de libro vita. Certum est de libro vita gloria nullum unquam deleri; non solum, quia, quos Deus semel vidit Praestinatos, non potest non semper tales videre; sed etiam, quia vita gloria semel habita nunquam est amittenda. De libro vero vita gratia earemus homo deleri potest, quatenus gratiam semel habitam potest amittere: (tamen scientia, qua Deus videt hominem iustum respectu ad tempus in quo est iustus indefecibilis sit). Quo sensu intelligenda veniunt illud Psal.68. Deleantur de libro viventium: & cum iustis non scribantur. Illud Apocal.3. Qui vicerit, &c. non delebo nomen eius de libro vita: aliaque huiusmodi loca Scriptura. Quid autem sibi voluerint Moyles, cum dixit Exod.32. Aut dimite eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. & Paulus, cum dixit ad Rom.9. Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis: examinatum repertus apud Ruiz disput.60. citata sect.7. & 8.

46 Quartò queritur. Vter sit major numerus Praestinatorum, an Reproborum. Suppono primò, utrumque numerum sumptum per se certissimum esse, prout supra disput.41. quæst.4. monstratum est. Suppono secundò ut certum, si fiat comparatio inter omnes, & solos Angelos, plures eorum fuisse Praestinatos quam, reprobus, ut cum Magist. in 2. dist.6. & S.Tho.1.par. quæst.63.art.9. docent Scholatice communiter. De quo in Tract. de Angelis. Suppono tertio etiam ut certum, si fiat comparatio inter omnes, & solos homines, longè plures esse reprobus, quam Praestinatos. Id enim ut minimum docent Scripturæ sacræ, & Patres, ubique significant, paucos esse eos, qui saluantur, comparatione eorum, qui pereunt. Ipsaque experientia satis ostendit, per quam securum, tam ante, quam post promulgatum Euangelium incomparabiliter plures fuisse, & esse Infideles damnandi, quam Fideles, è quorum numero saluandi excerpuntur.

47 Eò ergo quæstio reducitur. An ex Fidelibus Catholicis plures sint Praestinati, quam reprobri: vel viceversa. Potestque comparatio bifariam fieri. primò, computatis omnibus, etiam parvulis, qui ante rationis usum moriuntur. Secundò, computatis solis adultis morientibus post adeptum usum rationis. Triplex est sententia. Prima opinantium rem hanc adeo esse dubiam, ut soli Deo sit relinquendum iudicium eius. Ita Vazq.1.paradisput.101.cap.4. Secunda assentient, ex Fidelibus plures esse Praestinatos, quam reprobri. Ita Sylvest. in Rosa aurea tract.2.super Euangelium Septuag.Franca Chri-
sto lib.1. senten.dist.40.& 41.quæst.5. Cartag.de
Prædest.discurs.10.dub.penult. Lorin.in Psal.138.
vers.14. Cornel. à Lapide in cap.21. Apocal.vers.
16. Soar.lib.6. de Prædest.cap.3. quem sequuntur
Martin.1.paradisput.20.sect.7.num.69. Veken. dis-
put.27. cap.2.num.13. Carlet. disput.46. sect.2.num.5.
& alij. Ex quibus Lorin. Cornel. & Soar. expre-
sse comprehendunt parvulos, qui baptizati mori-
untur ante usum rationis. Tantumdemque cen-
sendi sunt sentire, qui Soar. sequuntur; imo & ca-
teri fortasse Auctores huius sententia. Cui in-
tali sensu subscrabit Ruiz disput.54. de Prædest.
sect.1. num.14. Tertia sententia absolute pronun-
ciat, pauciores ex Fidelibus esse Praestinatos,
reprobri autem plures. Sic Cajet. explicans para-

bolam Virginum Math.21. Aluarez.lib.5. de Au-
xilijs disput.43. Molin.1.par. quæst.23.art.7.Cat-
thus Math.20.& 22. ad illud. Pauci verò electi.
Vbi idem sentire videntur Lyra, Arborens Theo-
sophi lib.14.cap.20. & Maldonat. Math.21. vers.
14. Eiudemque sententia sunt Tann.tom.1. dis-
p.3. quæst.6.dub.2.num.16. Franc. de Lugo lib.1.
de Deo ditpur.45.cap.2.num.13. & Ruiz disp.54.
citata sect.1.num.16. loquens de solis adultis fi-
delibus: de quibus, censem, loqui etiam Audi-
ores huius sententia: sicque eos cum Auctoribus
secundæ conciliat comprehendentibus etiam par-
tulus.

Ego arbitror primò ex omnibus Filiis Ec-
clesiæ Catholicae (computando simul parvulos, &
adultos) plures Praestinatos, quam reprobri
esse. Quia ut testatur Ruiz sect.1.citata num.14.
per computum factum ex libris defunctorum
Hispalensem deprehensem est, totidem fermè
esse, qui baptizati moriuntur ante adeptum
usum rationis, ac, qui moriuntur post adeptum.
Quo posito, cum ex prioribus saluentur omnes;
licet tertia dumtaxat, vel quarta, vel quinta
pars saluerit posteriorum, absolute erunt plu-
res Praestinatos, quam reprobri. Quod si illis
adiciantur parvuli rite baptizati, & ante ratio-
nis usum defuncti inter hereticos, & schismaticos,
Praestinatiorum numerus longè maior erit, quam
reproborum catholicorum.

Secundò arbitror, ex solis adultis catholi-
cicis, qui post rationis usum deceperunt, plures
esse reprobri, qui damnantur, quam Praestinato-
rios, qui saluantur. Probatur primò ex tes-
timonijs, per quæ sepe Christus Dominus signi-
ficavit, paucos esse Praestinatos comparatione
Reproborum, aut plures, quam Praestinatos,
Reprobri. Qualia sunt hæc Math.7. Intrate
per angustam portam; quia late porta, & spacio-
via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt,
qui intrant per eam. Quam angusta, & arcta
via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui
inueniunt eam. Luca.13. Contendite intrare per
angustam portam: quia multi, dico vobis, querent
intrare, & non poterunt Math.20. & 22. Multi
enim sunt vocati, pauci verò electi. Mat.19. Marc.
10. & Luc.10. Amen dico vobis, quia diues di-
ficle intrabit in regnum Calorum. Et iterum dico
vobis. Facilius est, camelata per foramen aeni tran-
sire, quam diutiem intrare in Regnum calorum.
Et similia. Hæc enim testimonij locum habere;
facta comparatione inter Fideles adultos solos,
tum ex contextibus, tum ex expositionibus pa-
trum constat, ut videtur est apud Ruiz disp.54.
citata sect.2.

Secunda probatio assertionis sumitur ex pa-
rabolis, quæ satis indicant, ex Fidelibus adultis
plures damnari, quam saluari. Cuiusmodi sunt
illa seminum, quorum sola quarta pars fructum
attulit. Luc.8. Illa Ventilabri mundantis in
area triticum à paleis. Math.3. Illa gregis Ele-
torum appellati pusilli. Luca.12. Illa curren-
tium in stadio, quorum unus accipit brauum.
1. Corint.9. De quibus apud Ruiz plura sect.4
ipsum.

Tertia & potissima probatio ab ipsa expe-
rientiali capienda vereitatem, per quam scitur, plu-
re ex adultis Fidelibus maiori ex parte degre-
vitam in statu peccati mortalis, rebus tempora-
libus addictos, negotiisque huius Seculi prorū-
inten-

scentes cum oblitione omnimoda, aut certe cum valde perfunditoria memoria aeternorum: qui, licet aliquando confiteantur, statim iterum, atque iterum in grauia peccata relabuntur. Quo fit, ut vel mors improuisa, vel saltem ultima aegritudo in statu peccati mortalis deprehendat illos. Vnde rursus efficitur, ut inter angustias infirmitatis tam animae, quam corporis, interque innumeris propemodum tunc occurrentis impedimentis nimium difficile, aut etiam moraliter impossibile sit eis, ad veram penitentiam se ritè disponere. Nam ut concors est sententia Patrum, atque etiam Scholasticorum cum Magist. in 4. dist. 20. ordinariè, qui male viuent, male moriuntur. Iuxta illud Hieronymi tom. vlt. in epist. Eusebij ad Damatum. *Hoc teneo, hoc, multiplici experientia didici, quod ei non bonus est finis, cui mala semper vita fuit.* Et illud Augustini lib. de verâ, & falsâ penitentia cap. 17. *Periculosissimum est, & interitus vicinum, ad mortem pertrahere penitentie remedium; cum pluribus, quæ ad rem ibi dicit. Nam equissime percussitur hac animaduertione peccator, ut moriens obliniscatur sui, qui viuens oblitus est Dei;* ut ait ipse Augustinus.

10. de Sanctis, & ex eo Laurent. Iustinian. libro de Contemptu mundi cap. 14. De quo multò plura videri possunt apud Ruiz supra sect. 3.

Qui tandem addit sect. 6. in numero Praefinitorum plures esse sceminas, quam viros, variisque rationibus id probat apud ipsum vindicandis.

Quod si quis querat ad extremum. An numerus omnium Praefinitorum, computatis simul Angelis, & hominibus, sit maior, vel minor, quam numerus omnium Reproborum, vel ei æqualis. Respondendum vtique est, id nobis penitus esse occultum. Quia nobis non constat de numero Angelorum, quos Deus creavit; nec de numero hominum à principio usque ad finem Mundi creandorum, nec quantum priorum numerus posteriorum numerum excedat. Quæ prescripsi debent, ut circa eiusmodi questionem iudicium aliquod ferri posset.

Atque hæc hucusque de Deo uno scripsisse nobis sit satis. Utinam cedant in laudem, & gloriam ipsius Dei, Christi Domini, Immaculatissimæ Virginis, & omnium Beatorum.

120
121
122
123
124
125

Dicitur de Responsione. —
Cuiuslibet hominis responsio est secundum suam conscientiam et voluntatem. Quia ergo quisque secundum suam conscientiam et voluntatem dicit quod est, non potest esse nisi secundum suam conscientiam et voluntatem. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod est. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non est. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non non esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non non non esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non non non non esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non non non non non esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non non non non non non esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non non non non non non non esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non non non non non non non non esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non non non non non non non non non esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non esse. Secundum suam conscientiam et voluntatem dicitur quod non potest non esse.

120

121